Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35040
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



personalem completam unius tantum beneficii
pro quolibet eorum vigore huius decreti eorundem
beneficiatorum absentiis de aliis suis beneficiis
de iure et consuetudine privilegio aut licentia
suorum superiorum semper salvis etiam si canoni
catus prebendam aut dignitates personatus vel
officia in metropolitana et kathedralibus ma
iores post pontificalem seu ecclesiis huiusmodi princi
palis fuerint durante ipso concilio eisque in eodem
perdurantibus et a tempore arrepti itineris huiusmodi
ad prefatum concilium quousque ad eadem sua beneficia
ipso concilio finito commode redire poterunt aut
quamdiu curiales in eodem concilio laboraverint
cum ea integritate percipere valeant et debeant
cum qua illos perciperent si in predictis suis beneficiis
interim personaliter residerent et administraerent in eisdem
cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis
contrariis non obstantibus quibuscumque et cum executoribus
exprimendis in cancellaria si fuerit oportunum
Quo statuto ut prefertur lecto fuit nomine nationum
quatuor et cardinalium per predictos dominos episcopos
deputatis et cardinalem Umarien. rursum placet

Summa diffinita contra Jheronimum
de Praga.

In nomine domini amen Cristus deus et salvator
noster vitis vera cuius pater agricola est discipu
los ceterosque fideles suos in illis instituens inquit
Si quis in me non manserit mittetur foras
sicut palmes et arescet cuius summi doctores et
magistri doctrinam sequentes et precepta exequentes hec
sancta Constantien. synodus in causa inqui
sitionis heretice pravitatis per eandem sanctam synodum